in conſpectu meo fideles. Et nunc dñe
deus iſrael. creditũ eſt verbũ qͦd locutꝰ
es puero tuo dauid: qm̃ ſi vere habita/
uit deus cũ hoĩbus in terra. Si celũ et
celi celoꝝ nõ ſufficient tibi: q̃ꝫtomagis
domus hec quã edificaui. Sed reſpici
as ad oratione ̃ ſerui tui et deprecatio/
nem eius. vt exaudias dñe placationẽ
orõnis. quã puer tuus orat corã te ho/
die: vt ſint oculi tui ſuꝑ domũ hanc die
ac nocte in locũ quẽ dixiſti. inuocari no
men tuũ: et exaudias orationẽ quã pu
er tuus orat in hoc loco. et exaudi preca
tionẽ pueri tui et ꝑpli tui iſrael. ſi ora/
uerint in loco iuſto: et exaudias in loco
habitatõis de celo ⁊ exaudias ⁊ ꝓpicius
ſis. ſi peccauerit vir in te.

Explicit oratio Salomonis Incipit
prologus in Eſaiam ꝓphetam.

Emo cũ ꝓphetas verſibꝫ
viderit ee deſcriptos. me
tro eos eſtimet apud he/
breos ligari et aliqd ſimi
le hr̃e de pſalmis vel opi/
bus ſalomonis. Sed qͦd in demoſthe/
ne et Tullio ſolet fieri: vt ꝑ cola ſcribã
tur ⁊ comata. q̃ vtiqꝫ ꝓſa et nõ verſibus
cõſcripſerũt. Nos q̃ꝫ vtilitati legentiũ
ꝓuidentes: interpretationẽ nouam no
uo ſcribendi genere diſtinximus. Ac pri
mũ de eſaia ſciendũ. ꝙ in ſermone ſuo
diſertus ſit: quippe vt vir nobilis ⁊ vr
bane elegantie: nec habens quicq̃ꝫ in e/
loquio ruſticitatis admixtũ. Unde acci
dit: vt pre ceteris florem ſermonis eiꝰ
tranſlatio nõ potuerit cõſeruare. Dein
de etiã hoc adijciendũ: ꝙ nõ tã ꝓpheta
dicendus ſit q̃ꝫ euangeliſta. Ita enim
vniuerſa chriſti eccleſieq̃ꝫ myſteria ad
liquidũ ꝓſecutus eſt. vt nõ putes eum
de futuro vaticinari: ſed de p̃teritis hi/
ſtoriaꝫ texere. Unde conijcio noluiſſe
tũc temporis ſeptuaginta interpretes
fidei ſua ſacramẽta ꝑſpicue ethnicis ꝓ
dere: ne ſanctum canibꝫ: et margaritas
porcis darent: que cum hanc editionẽ
legeritis ab illis animaduertetis abſcõ
dita. Nec ignoro quãti laboris ſit ꝓphe/
tas intelligere: nec facile quempiã poſ/
ſe iudicare de interpretatõe: niſi intel/
lexerit ante que legerit. Nos q̃ꝫ patere
morſibꝫ pluri morũ: qui ſtimulante in/
uidia: quod cõſequi nõ valent deſpici/
unt. Sciens ergo et prudens in flam/
mam mitto manũ: ⁊ nihilominus hoc
a faſtidioſis lectoribꝫ p̃cor: vt quõ gre/
ci poſt ſeptuaginta tranſlatores aquilã
et ſymmachũ. et theodotionẽ legũt vel
ob ſtudiũ doctrine ſue. vel vt ſeptuagin
ta magis ex collatione eoꝝ intelligant:
ſic et iſti ſaltem vnum poſt priores ha
bere dignentur interpretem. Legãt pri
us. et poſtea deſpiciãt ne videant nõ ex
iudicio ſed ex odij preſumptõne igno/
rata damnare. Prophetauit aũt eſaias
in hieruſalem et in iudea: necdũ decẽ
tribubus in captiuitatẽ ductis ac de v/
troq̃ꝫ regno nunc cõmixtum: nunc ſe/
paratim texit oraculũ. Et cũ interdum
ad preſentem reſpiciat hiſtoriaꝫ: et poſt
babilonie captiuitatẽ redituꝫ populi ſi/
gnificat in iudeam: tamen omnis eius
cura de vocatione gentium et de aduẽ/
tu chriſti eſt. Que q̃ꝫtoplus amatis o
paula et euſtochiũ: tanto magis ab eo
petite. vt ꝓ obtrectatõe p̃ñti q̃ me inde
ſinenter emuli laniãt: ipſe mihi merce/
dem reſtituat in futuro. qui ſcit me ob
hoc in ꝑegrine lingue eruditõe ſudaſſe
ne iudei de falſitate ſcripturarũ eccle/
ſijs eius diutius inſultarent.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumentũ.

Saias in hieruſalem no
bili genere ortus eſt: ibiq̃ꝫ
ꝓphetauit. Sub manaſſe
rege ſectus in duas ꝑtes
occubuit. Sepultuſq̃ꝫ ẽ
ſub quercu rogel. iuxta tranſitũ aquaꝝ
quas olim Ezechias rex iacto obſtruxe
rat puluere.

Explicit argumentum.

# Incipit Eſaias pħeta Capitulū I

Viſio eſaie filij amos: quā vidit ſup iudam ⁊ hieruſalem. in dieb⁹ ozie io/nathā. achaz et eze/chie regū iuda. Audi te celi ⁊ aurib⁹ pcipe terra: qm̄ dn̄s locutus eſt. Filios enutriui ⁊ exaltaui: ipſi aūt ſpreuerūt me. Cognouit bos poſſeſſorē ſuū: et aſinus pſepe dn̄i ſui. Iſrael aūt me nō cognouit: et pp̄ls me⁹ nō intellexit. Ve genti peccatrici: pplo graui iniqtate. ſemini nequā: filijs ſceleratis. Dereliquerūt dn̄m: blaſphemauerunt ſanctū iſrael: abalienati ſunt retrorſū. Sup quo pcutiā vos vltra addētes puaricationē. Om̄e caput languidū ⁊ oē cor merēs. A plāta pedis vſq; ad verticē nō eſt in eo ſanitas. Vulnus ⁊ liuor et plaga tumēs: nō eſt circūligata nec curata medicamīe: neq; vota oleo. Terra vr̄a deſerta: ciuitates vr̄e ſuccenſe igni. Regionē veſtrā corā vobis alieni deuorāt. et deſolabit' ſicut in vaſtitate hoſtili. Et derelinqtur filia ſion vt vmbraculū in vinea: ⁊ ſicut tuguriū i cucumerario: ſicut ciuitas q̄ vaſtat'. Niſi dn̄s exercituū reliquiſſet nobis ſemē quaſi ſodoma fuiſſem⁹: et q̄ſi gomorra ſiles eſſemus. Audite verbū dn̄i principes ſodomorū: pcipite aurib⁹ legē dei veſtri populus gomorre. Quo mihi multitudinē victimarū veſtrar dicit dn̄s. Plen⁹ ſum. Holocauſta arietū ⁊ adipē pinguiū ⁊ ſanguinē vitulor ⁊ agnor et hircor nolui. Cū veniretis an̄ cōſpectum meū: qs queſiuit hec de manib⁹ veſtris. vt ambularetis in atrijs meis? Ne offeratis vltra ſacrificiū fruſtra. Incenſū abominatio eſt mihi. Neomeniā ⁊ ſabbatū et feſtiuitates alias nō ferā. Iniq ſunt cetus veſtri. kalendas veſtras ⁊ ſolennitates vr̄as odiuit aīa mea. Facta ſunt mihi moleſta. Laboraui ſuſtinens. Et cum extenderitis manus veſtras, auertā oculos meos a vobis et cū multiplicaueritʒ orationē: nō exaudiā. Manus enī veſtre ſanguine plene ſunt. Lauamini mūdi eſtote. auferte malū cogitationū veſtrar ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere. Querite iudiciū: ſubuenite oppreſſo iudicate pupillo. defendite viduā. et venite et arguite me dicit dn̄s. Si fuerint peccata vr̄a vt coccinū. q̄ſi nix dealbabunt': et ſi fuerint rubra q̄ſi vermicul⁹ velut lana alba erūt. Si volueritis ⁊ audieritis me: bona terre comedetis. Quod ſi nolueritis. ⁊ me ad iracundiā puocaueritis. gladius deuorabit vos: q2 os dn̄i locutū eſt. Quō facta eſt meretrix ciuitas fidelis: plena iudicij. Iuſticia habitauit in ea. nūc aūt homicide. Argentū tuum verſum eſt in ſcoriā: vinū tuum mixtū eſt aqua. Principes tui infideles ſocij furū. Omnes diligūt munera: ſequunt' retributōnes. Pupillo nō iudicant: et cauſa vidue non ingredit' ad illos. Propter hoc ait dn̄s deus exercituum fortis iſrael. Heu ego cōſolabor ſup hoſtibus meis. et vindicabor de inimicis meis. Et cōuertam manū meā ad te: et excoquā ad puraʒ ſcoriā tuā: et auferā oē ſtannū tuū: ⁊ reſtituā iudices tuos vt fuerunt prius et cōſiliarios tuos ſicut antiquitus. Poſt hec vocaberiʒ ciuitas iuſti. vrbs fidelis. Sion in iudicio redimet': et reducēt eam in iuſticia. Et cōteret ſceleſtos ⁊ peccatores ſimul: et qui dereliquerūt dn̄m cōſumentur. Cōfundentur enim ab idolis quibus ſacrificauerūt. Et erubeſcetis ſup hortis quos elegeratis: cum fueritis velut quercus defluentib⁹ folijs. et velut hortus abſq; aqua. Et erit fortitudo veſtra vt fauilla ſtuppe. et opus veſtrum quaſi ſcintilla. et ſuccendet' vtrunq; ſimul: et nō erit qui extinguat. II

Verbum quod vidit eſaias filius amos ſuper iudeam et hieruſalem. Et erit in nouiſſimis diebus preparatus mons domus dn̄i in vertice montiū: et eleuabitur ſuper

colles. Et fluet ad eū oēs gētes: et ibūt
ppli multi et dicēt. Uenite aſcēdam⁹ ad
montē dñi. et ad domū dei iacob: et do/
cebit nos vias ſuas et ambulabimus ī
ſemitis eius: quia de ſiō exibit lex: ⁊ ver/
bum dñi de hieruſalē. Et iudicabit gen/
tes: et arguet pplos multos. Et confla/
bunt gladios ſuos in vomeres et lance
as ſuas in falces. Non leuabit gens cō/
tra gentē gladiū: nec exercebunt vltra
ad preliū. Domus iacob. venite et am/
bulemus in lumine dei noſtri. Proieci
ſti enī pplm tuū domū iacob: qꝛ repleti
ſunt vt olim: ⁊ augures habuerunt vt
philiſtijm: ⁊ pueris alienis adheſerunt
Repleta eſt terra argento ⁊ auro: et nō
eſt finis theſauroꝝ eius Et repleta ē ter
ra eius equis: ⁊ innumerabiles q̄drige
eius Et repleta eſt terra eius idol. Op⁹
manuū ſuaꝝ adorauerūt: qḋ fecerūt di
giti eoꝝ Et incuruauit ſe homo: ⁊ hūili
atus eſt vir. Ne ergo dimittas eis. In/
gredere in petrā: ⁊ abſcōdere in foſſa hu
mo a facie timoris dñi: et a gloria maie
ſtatis eius. Oculi ſublimis hoīs hūi
liati ſunt: et incuruabitur altitudo vi/
roꝝ Exaltabitur aūt dñs ſolus in die il
la. quia dies dñi exercituū ſup oēm ſup
bum et excelſum: et ſup omnē arrogan
tem: et humiliabitur: ⁊ ſup oēs cedros
libani ſublimes et erectas: et ſup oēs
quercus baſan: et ſup omnes montes
excelſos: et ſup oēs colles eleuatos: ⁊ ſu
per omnē turrē excelſam: et ſup omnē
murū munitū: et ſup oēs naues tharſ.
et ſup omne qḋ viſu pulcrū eſt Et icur
uabit omnis ſublimitas hoīm et humi
liabit altitudo viroꝝ. Et eleuabit dñs
ſolus in die illa. et idola penitus conte/
rent. Et introibūt in ſpeluncas petrarū
et in voragines terre a facie formidinis
dñi. et a gloria maieſtatis eius: cū ſurre
xerit pcutere terram. In die illa ꝓijciet
hō idola argēti ſui et ſimulacra auri ſui
q̄ fecerat ſibi: vt adoraret talpas et veſp
tiliones. Et ingrediet ſciſſuras petrarū
et in cauernas ſaxorū a facie formidinis
dñi: et a gloria maieſtatis eius cum ſur
rexerit pcutere terram. Quieſcite ergo
ab hoīe cuius ſpūs in naribꝫ eius eſt. qꝛ
excelſus reputatus eſt ipſe. III

Ece enī dñator dñs exercituū
auferet ab hieruſalē et ab iuda
validū et fortē: oē robur panis
et omne robur aque: et fortē ⁊ viꝝ bella
torem: et iudicē et ꝓphetā: et ariolū: ⁊ ſe/
nē: principē ſup quinq̄ginta: et honora/
bilē vultu: et cōſiliariū: et ſapientē d̄ ar
chitectis: et prudentē eloquij myſtici.
Et dabo pueros principes eoꝝ: ⁊ effemi
nati dñabunt eis. Et corruet pplus vir
ad viꝝ: ⁊ vnuſquiſq̄ ad ꝓximū ſuū. Tu
multuabitur puer ꝯtra ſenē et ignobil
ꝯ nobilē. Apprehēdet eñī vir fratrē ſuū
domeſticū patris ſui: et dicet: Ueſtimē
tum tibi eſt: princeps eſto noſter: ruina
autē hec ſub manu tua. Rñdebitq̄ ī die
illa dicens: Nō ſum medic⁹: et in domo
mea nō eſt panis neq̄ veſtimentū. No/
lite ꝯſtituere me principē populi. Ruit
enim hieruſalem et iudas cōcidit: qꝛ li/
gua eoꝝ et adinuentiones eoꝝ cōtra do
minū: vt ꝓuocarent oculos maieſtatis
eius. Agnitio vultus eoꝝ rñdebit eis ⁊
peccatū ſuū q̄ſi ſodoma predicauerunt
nec abſcōderūt. Ue anime eoꝝ qm̄ red/
dita ſunt eis mala. Dicite iuſto qm̄ bn̄:
qm̄ fructū adinuentionū ſuarū come/
det. Ue impio in malū. Retributio enī
manuū eius fiet ei. Populū meū exa/
ctores ſui ſpoliauerunt: et mulieres do
minate ſunt eis. Popule meus qui te
beatum dicunt. ipſi te decipiunt: et viā
greſſuum tuoꝝ diſſipāt. Stat ad iudi/
candū dñs et ſtat ad iudicandos pplos.
Dominus ad iudicium veniet: cum ſe/
nibꝫ populi ſui et principibꝫ eius. Uos
enim depaſti eſtis vineam meā: et rapi
na paupis in domo veſtra. Quare atte/
ritis pplm meum: et facies pauperū cō/
molitis dicit dñs exercituum: Et dixit
dñs de⁹. Pro eo q̄ eleuate ſunt filie ſiō
et ambulauerunt extento collo et nuti/
bus oculoꝝ ibant et plaudebant et am
bulabant: et pedibꝫ ſuis compoſito gra/
du incedebant: decaluabit dñs vticem

filiarū ſion:et dn̄s crinē earū nudabit.
In die illa auferet dn̄s oꝛnamentum
calciamentoꝝ et lunulas et toꝛques et
monilia et armillas ⁊ mitras ⁊ diſcrimi
nalia ⁊ periſcelides et murenulas et ol/
factoꝛiola ⁊ inaures ⁊ annulos ⁊ gēmas
in fronte pendentes ⁊ mutatoꝛia et pal
liola et linteamina et acus et ſpecula ⁊
ſyndones ⁊ vittas ⁊ theriſtra. Et erit ꝓ
ſuaui odoꝛe fetoꝛ:et ꝓ zona funiculꝰ:et
pꝛo criſpanti crine caluicium: et pꝛo fa/
ſcia pectoꝛali ciliciū. Pulcerrimi quoqꝫ
viri tui gladio cadent:⁊ foꝛtes tui in ꝑ/
lio. Et merebūt atqꝫ lugebūt poꝛte eiꝰ:
et deſolata in terra ſedebit. IIII

Et appꝛehendent ſeptem muli/
eres virū vnū in die illa dicen
tes: Panē nr̄m comedemus:⁊
veſtimentis noſtris opiemur:tantum/
modo inuocet nomen tuū ſup nos: au
fer oppꝛobꝛiū nr̄m. In die illa erit ger/
mē dn̄i in magnificētia:et gloꝛia fructꝰ
terre ſublimis:et exultatio his q̄ ſalua/
ti fuerint de iſrael Et erit oīs q̄ relictus
fuerit in ſion. et reſiduus in hieruſaleꝫ
ſanctus vocabit oīs qui ſcriptus eſt ī vi
ta in hieruſalē. Si abluerit dn̄s ſoꝛdeꝫ
filiaꝝ ſion:⁊ ſanguinē hieruſalē lauerit
de medio eius:in ſpū iudicij ⁊ ſpū ardo
ris. Et creabit dn̄s ſup omnē locuꝫ mō
tis ſion:et vbi inuocatus eſt. nubē ꝑ di
em et fumū et ſplendoꝛē ignis flāman/
tis in nocte Sup omnē enim gloꝛiam
ꝓtectio:⁊ tabern ilū erit in vmbꝛacu/
lum diei ab eſtu ſecuritatem et ab
ſconſionem a t t a pluuia. V

Antabo di eo canticum
patruelis m vinee ſue. Vi/
nea facta eſt dilecto meo:in coꝛ
nu filio olei. Et ſepiuit eā:⁊ lapides ele
git ex ea:⁊ plātauit vineā electā. Et edi/
ficauit turriꝫ in medio eius:et toꝛcular
extruxit in ea. Et expectauit vt faceret
vuas:et fecit labꝛuſcas. Nūc ergo habi
tatoꝛes hieruſalem et viri iuda:iudica/
te inter me ⁊ vineā meaꝫ. Quid eſt qđ
debui vltra facere vinee mee: et nō feci
ei? An qꝛ expectaui vt faceret vuas:et fe
cit labꝛuſcas? Et nunc oſtendam vobis
quid ego faciā vinee mee. Auferam ſe/
pem eius:et erit in direptionē. Diruaꝫ
maceriam eius:et erit in cōculcationeꝫ
et ponam eam deſertam. Nō putabitur
et nō fodiet. et aſcēdent ſup eam vepꝛes
et ſpine:et nubibus mādabo ne pluant
ſup eam imbꝛē. Vinea aūt dn̄i exercitu
um domus iſrael eſt:et viri iuda germē
eius delectabile Et expectaui vt faceret
iudiciū:et ecce iniquitas. ⁊ iuſticiam:et
ecce clamoꝛ. Ve q̄ coniūgitis domū ad
domū:⁊ agrum agro copulatis vſqꝫ ad
terminū loci. Nūquid habitabitis vos
ſoli in medio tre? In auribꝫ meis ſunt
hec dicit dn̄s exercituū. Niſi domꝰ mul
te deſerte fuerint grādes ⁊ pulcre:⁊ abſ
qꝫ habitatoꝛe. Decem enī iugera vine/
arū facient lagunculam vnam. ⁊ trigin
ta modij ſemētis facient modios tres:
Ve qui cōſurgitis mane ad ebꝛietateꝫ
ſectandā ⁊ potandū vſqꝫ ad veſperaꝫ: vt
vino eſtuetis. Cithara et lyra ⁊ tympa/
num et tibia et vinū in cōuiuijs vr̄is. ⁊
opus dn̄i nō reſpicitis. nec opa manuū
eius cōſideratis. Pꝛopterea captiuus
ductus eſt pplus meus. quia nō habu/
it ſcientiā:et nobiles eius interierūt fa
me:et multitudo eius ſiti exaruit Pꝛo
pterea dilatauit infernus aīaꝫ ſuā:⁊ ape
ruit os ſuum abſqꝫ vllo termino. Et de
ſcendēt foꝛtes eius:et pplus eius ⁊ ſub
limes gloꝛioſiqꝫ eius ad eū. Et incurua
bitur homo ⁊ hūiliabit vir:et oculi ſub/
limiū depꝛimentur. Et exaltabit dn̄s exer
cituū in iudicio. et deus ſanctus ſancti/
ficabit in iuſticia. Et paſcentur agni iuxta
oꝛdinē ſuū:et deſerta in vbertateꝫ verſa
aduene comedēt. Ve q̄ trahitis iniq̄ta/
tem in funiculis vanitatis: ⁊ quaſi vin
culum plauſtri peccatū. Qui dicitis fe/
ſtinet. ⁊ cito veniet opus eius: vt videa
mus ⁊ appꝛopiet et veniat ꝯſiliuꝫ ſancti
iſrl̄:⁊ ſciemꝰ illud. Ve q̄ dicitis malū bo
nū:⁊ bonū malū: ponentes tenebꝛas lu
cem. et lucē tenebꝛas. ponētes amaꝝ in
dulce. ⁊ dulce in amarum. Ve q̄ ſapien
tes eſtis in oculis veſtris: et coꝛā vobis

metipſis prudentes. Ve qui potentes
eſtis ad bibendū vinū: et viri fortes ad
miſcendā ebrietatem. Qui iuſtificatis
impiū ꝓ muneribus: ⁊ iuſticiā iuſti au
feretis ab eo. Propter hoc ſicut deuo/
rant ſtipulā ligna ignis. et calor flāme
exurit: ſic radix eoꝝ q̄ſi fauilla erit. ⁊ ger
men eoꝝ vt puluis aſcēdet. Abiecerūt
enī lege dn̄i exercituū. ⁊ eloquiū ſancti
iſrael blaſphemauerūt. Ideo iratus eſt
furor dn̄i in populū ſuū: et extēdit ma/
num ſuam ſup eum: et percuſſit eum.
Et cōturbati ſunt montes. et facta ſūt
morticina eorū quaſi ſtercus in medio
platearū. In his oībus nō eſt auerſus
furor eius: ſed adhuc manus eius extē
ta. Et eleuabit ſignū in nationibus ꝓ/
cul: et ſibilabit ad eum de finibus ter/
re: et ecce feſtin⁹ velociter veniet. Non
eſt deficiens neq; laborās in eo: nō dor/
mitabit neq; dormiet neq; ſoluetur cin
gulū renū eius: nec rumpetur corrigia
calciamenti eius. Sagitte eius acute
et omnes arcus eius extenti. Vngule
equoꝝ eius vt ſilex: et rote eius quaſi
impet⁹ tēpeſtatis. Rugitus eius vt le/
onis: rugiet vt catuli leonū. Et frendet
et tenebit predam et amplexabit̄: ⁊ nō
erit qui eruat: ⁊ ſonabit ſup eum in die
illa ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus in
terram: et ecce tenebre tribulatōnis: ⁊
lux obtenebrata eſt in caligine eius.

VI

IN anno quo mortuus ē rex oci
as. vidi dn̄m ſedentē ſup ſoliū
excelſū ⁊ eleuatū: ⁊ plena erat
domus a maieſtate eius: ⁊ ea q̄ ſub ipo
erant replebāt templū. Seraphin ſta
bant ſup illud: ſex ale vni et ſex ale alte
ri. Duab⁹ velabant faciē eius: et dua/
bus velabant pedes ei⁹: et duab⁹ vola/
bāt. Et clamabāt alter ad alterū: et di/
cebāt. Sanct⁹ ſcūs ſcūs dn̄s de⁹ exerci
tuū plena eſt oīs terra gl̄a eius. Et cō/
mota ſūt ſupliminaria cardinū a voce
clamantis. et domus repleta eſt fumo.
Et dixi. Ve mihi quia tacui. q2 vir pol/
lutus labijs ego ſum. ⁊ in medio ppl̄i
polluta labia habentis ego habito: et
regē dn̄m exercituū vidi oculis meis.
Et volauit ad me vnus de ſeraphin. et
in manu eius calculus quē forcipe tule
rat de altari: et tetigit os meū et dixit.
Ecce tetigi hec labia tua ⁊ auferet̄ iniq
tas tua: ⁊ peccatū tuū mūdabit̄. Et au
diui vocem dn̄i dicētis. Quē mittā et
q̄s ibit nobis. Et dixi. Ecce ego: mitte
me. Et dixit. Vade et dices ppl̄o huic.
Audite audiētes ⁊ nolite intelligere: ⁊
videte viſionē ⁊ nolite cognoſcere. Ex/
ceca cor ppl̄i hui⁹ ⁊ aures eius aggraua
et oculos ei⁹ claude: ne forte videat ocu
lis ſuis et auribus ſuis audiat. ⁊ corde
ſuo intelligat ⁊ cōuertat̄: et ſanē eū. Et
dixi. Vſq; q̄ dn̄e? Et dixit. Donec deſo
lent̄ ciuitates abſq; habitatore: ⁊ dom⁹
ſine hoīe. Et terra relinquet̄ deſerta: et
lōge faciet dn̄s hoies. Et multiplicabi
tur q̄ derelicta fuerat in medio terre et
adhuc in ea decimatio. Et cōuertet̄ et
erit in oſtenſionē ſicut terebinthus: et
ſicut q̄rcus q̄ expādit ramos ſuos. Se
mē ſanctū erit id qđ ſteterit i ea. VII

ET factū eſt in dieb⁹ achaz filij
ioathā filij ozie regis iuda aſcē
dit raſin rex ſyrie: ⁊ facee filius
romelie rex iſrael in hieruſalē ad ꝑlian/
dū ꝯtra eā: et nō potuerūt debellare eā.
Et nunciauerūt domui dauid dicētes
Requieuit ſyria ſup effraim ⁊ cōmotū
eſt cor eius et cor populi eius ſicut mo
uent̄ ligna ſiluaꝝ a facie venti. Et dixit
dn̄s ad eſaiam. Egredere in occurſum
achaz tu et qui derelictus eſt iaſub fili⁹
tuus. ad extremū aqueductus piſcine
ſuperioris in via agri fullonis: ⁊ dices ad
eū. Vide vt ſileas. Noli timere: et cor
tuū ne formidet a duab⁹ caudis titio/
num fumigantiū iſtoꝝ in ira furoris ra
ſin regis ſyrie ⁊ filij romelie: eo ꝙ ꝯſiliū
inierit ꝯ te ſyria in malū: et effraim et
filius romelie dicentes. Aſcendamus
ad iudā et ſuſcitemus eū. et auellamuſ
eū ad nos: et ponamus regē in medio
eius filiū tabeel. Hec dicit dominus de
us. Nō ſtabit et nō erit iſtud ſed caput

ſyrie damaſcus:et caput damaſci raſin
Et adhuc ſexaginta et quinq̧ anni:et de
ſinet effraim eſſe pplſ:⁊ caput effraim
ſamaria ⁊ caput ſamarie filius romelie
Si nõ credideritis:non ꝑmanebitis.
Et adiecit dñs loqui ad achaz dicens.
Pete tibi ſignũ a dño deo tuo in ꝓfun
dum inferni.ſiue in excelſuʒ ſupra. Et
dixit achaz.Nõ petam:et nõ tẽtabo do/
minũ.Et dixit.Audite ergo domus da
uid.Nunq̇d parũ eſt vobis moleſtos eſ
ſe hoĩbꝫ:quia moleſti eſtis et deo meo?
Propter hoc dabit dñs ipe vob ſignũ
Ecce virgo cõcipiet et pariet filium:et
vocabit nomen eius emanuel.Butyrũ
et mel comedet.vt ſciat reprobare ma
lũ ⁊ eligere bonũ.Quia anteq̧ ſciat pu
er reprobare malũ ⁊ eligere bonũ:dere/
linquet terra quã tu deteſtaris a facie
duoꝝ regũ ſuoꝝ.Adducet dñs ſup te ⁊
ſup pplm tuũ et ſup domũ patris tui.
dies q̃ nõ venerunt a diebꝫ ſeꝑationis
effraim a iuda cum rege aſſyriorũ. Et
erit in die illa ſibilabit dñs muſce q̃ eſt
in extremo fluminũ egypti:et api q̃ eſt
in terra aſſur:et veniet et requieſcent
oẽs in torrẽtibꝫ valliũ ⁊ in cauernis pe
trarũ ⁊ in oĩbꝫ frutetis et in vniuerſis
foraminibꝫ In die illa radet dñs in no
uacula ꝯducta in his qui trans flumẽ
ſunt in rege aſſyrioꝝ caput:et pilos pe/
dũ:et barbã vniuerſaʒ.Et erit in die il
la.nutriet hõ vaccã boum ⁊ duas oues
et pre vbertate lactis comedet butyrũ
Butyrũ enĩ et mel manducabit oĩs ho
mo qui relictus fuerit in medio terre.
Et erit in die illa.omnis locus vbi fue
rint mille vites.mille argenteis: et in
ſpinas ⁊ in vepres erunt.Cũ ſagittis et
arcu ingredient illuc.Vepres enĩ ⁊ ſpi
ne erunt in vniuerſa terra. Et omnes
montes qui in ſarculo ſartientur.non
veniet illuc error ſpinarũ et veprium et
erit in paſcuam bouis et in cõculcatio/
nem pecoris.

VIII

Et dixit dñs ad me.Sume ti/
e bi librũ grandẽ:⁊ ſcribe ĩ eo ſti/
lo hoĩs.velociter ſpolia detrahe
cito predare.Et adhibui mihi teſtes fi
deles:vriam ſacerdotẽ ⁊ zachariã filiũ
barachie.Et acceſſi ad ꝓphetiſſam:⁊ cõ
cepit ⁊ peperit filiũ.Et dixit dñs ad me
Voca nomẽ eius accelera.ſpolia detra/
he feſtina.predari:q2 anteq̧ ſciat puer
vocare patrẽ ſuũ et matreʒ ſuã. auferet
fortitudo damaſci:et ſpolia ſamarie co/
rã rege aſſyrioꝝ.Et adiecit dñs loqui
ad me adhuc dicens.Pro eo ꝙ abiecit
pplſ iſte aquas ſyloe que vadũt cũ ſilẽ
tio.et aſſumpſit magis raſin et filiũ ro
melie:propter hoc ecce dñs adducet ſu
per eos aquas fluminis fortes ⁊ mul/
tas regẽ aſſyrioꝝ ⁊ oẽm gloriã eius.Et
aſcendet ſup oẽs riuos eius ⁊ fluet ſu/
per vniuerſas ripas eius. et ibit ꝑ iu/
dam inundans ⁊ tranſiens vſq̧ ad col
lũ veniet.Et erit extenſio alarũ eiꝰ im
plens latitudinẽ terre tue o emanuel.
Cõgregamini populi et vincemini:et
audite vniuerſe ꝓcul terre.Cõfortami
ni et vincemini:accingite vos et vince
mini.inite cõſilium et diſſipabit:loqui
mini verbũ ⁊ nõ fiet:q2 nobiſcũ deus.
Hec enĩ ait dñs ad me. Sicut in ma/
nu forti erudiuit me:ne irẽ in via pplĩ
huius dicẽs.Nõ dicatiſ.ꝯiuratio.Oĩa
enĩ q̃ loquit pplſ iſte.cõiuratio eſt. Et
timore eius ne timeatis:neq̧ paueatiſ
Dñm exercituũ ipm ſanctificate:ipſe
pauor veſter:et ipe terror veſter.et erit
vobis in ſanctificationẽ:in lapidẽ aũt
offenſionis et petrã ſcandali duabꝫ do/
mibꝫ iſrael:et in laqueũ ⁊ in ruinã habi
tantibꝫ hierlm.Et offendẽt ex eis plu/
rimi:et cadẽt ⁊ cõterent ⁊ irretient ⁊ ca
pient.Liga teſtimoniũ.ſigna legẽ in di
ſcipulis meis:expectabo dñm qui abſcõ
dit faciẽ ſuã a domo iacob:et pſtolabor
eũ.Ecce ego ⁊ pueri mei q̃s dedit mihi
dominus in ſignũ ⁊ in portentũ iſrael:
a dño exercituũ qui habitat in mõte ſi/
on.Et cũ dixerint ad vos.querite a phi
tonibus ⁊ a diuinis qui ſtrident in in/
cantationibus ſuis.nunquid non po/
pulus a deo ſuo requiret viſionẽ ꝓ vi/
uis et mortuis:Ad legem magis ⁊ ad

teſtimoniū. Qȝ ſi nō dixerint iuxta ver/
bum hoc: nō erit eis matutina lux. Et
tranſibit p eam et corruet et eſuriet: et
cū eſurierit iraſcent: et maledicet regi
ſuo ⁊ deo ſuo. Et ſuſpiciet ſurſum ⁊ ad
terrā intuebit. et ecce tribulatio ⁊ tene/
bre ⁊ diſſolutio et anguſtia et caligo p/
ſequens ⁊ nō poterit auolare de angu
ſtia ſua.

IX

Primo tpe alleuiata ē terra za
bulon ⁊ terra neptalim ⁊ nouiſ
ſimo aggrauata eſt via maris
trans iordanē galilee gentiū. Popul⁹
qui ambulabat in tenebris vidit lucē
magnā. habitantib⁹ in regione vmbre
mortis lux orta ē eis. Multiplicaſti gē/
tem. nō magnificaſti leticiā. Letabunt
corā te ſicut q letant in meſſe: ſicut ex/
ultant victores capta preda qn diuidūt
ſpolia. Jugū eni oneris eius. et virgā
humeri eius: et ſceptrū exactoris eius
ſupaſti: ſicut in die madian. Quia oīs
violenta pdatio cū tumultu ⁊ veſtimē
tū mixtū ſanguīe erit in cōbuſtionē: et
cibus ignis. Paruul⁹ eni natus eſt no
bis: ⁊ filius datus eſt nobis. Et factus
eſt principatus ſup humerū eius: ⁊ vo
cabit nomē eius admirabilis. cōſiliari⁹
deus fortis. pater futuri ſeculi. prin/
ceps pacis. Multiplicabitur eius im/
periū. ⁊ pacis nō erit finis: ſup ſoliū da
uid et ſup regnū eius: vt ↄfirmet illud
et corroboret i iudicio ⁊ iuſticia amodo
et vſqȝ in ſempiternū. zelus dñi exerci
tuū faciet hoc. Verbū miſit dñs in ia/
cob ⁊ cecidit in iſrael. Et ſciet oīs pplꝰs
effraim ⁊ habitātes ſamariā in ſupbia
et magnitudīe cordis dicētes. Lateres
ceciderunt: ſed quadris lapidib⁹ edifi/
cabimus: ſycomoros ſuccideruīt. ſed ce
dros imutabim⁹. Et eleuabit dñs ho/
ſtes raſin ſup eū: ⁊ inimicos ei⁹ i tumul
tū vertet. ſyriā ab oriēte: ⁊ philiſtijm ab
occidēte: et deuorabūt iſrl' toto ore. Jn
oib⁹ his nō eſt auerſus furor eius: ſed
adhuc manus eius extēta. Et pplꝰs nō
eſt reuerſus ad pcutientē ſe: et dñm ex
ercituū nō inquiſieꝛt. Et diſpdet dñs
ab iſrael caput et caudā: incuruantē et
deprauante die vna. Longeu⁹ ⁊ honora
bilis ipe eſt caput: et pphꝫta docēs mē/
daciū ipe eſt cauda. Et erūt q beatificāt
pplm iſtū ſeducētes ⁊ q beatificant pci
pitati. Propter hoc ſup adoleſcētulis
ei⁹ nō letabit dñs: et pupillorꝫ ei⁹ et vi/
duarū nō miſerebit. Quia oīs hypocri
ta eſt et nequā: ⁊ vniuerſum os locutū
eſt ſtulticiā. Jn omnib⁹ his nō eſt auer
ſus furor ei⁹: ſed adhuc manus eius ex
tenta. Succēſa eſt eni quaſi ignis im
pietas: veprē et ſpinā vorabit. Et ſuccē
detur in denſitate ſaltus: et cōuoluet
in ſupbia fumi. Jn ira dñi exercituū cō
turbata eſt terra: et erit pplꝰs quaſi eſca
ignis. Vir fratri ſuo nō parcet: et decli/
nabit ad dexterā et eſuriet: et comedet
ad ſiniſtrā ⁊ nō ſaturabit. Vnuſquiſqȝ
carnē brachij ſui vorabit. manaſſes ef/
fraim. et effraim manaſſen. ⁊ ſimul ipi
cōtra iudā. Jn omnib⁹ his nō eſt auer
ſus furor eius: ſed adhuc manus eius
extenta.

X

Ve qui condūt leges iniquas: ⁊
ſcribentes iniuſticiā ſcripſerūt
vt opprimerent in iudicio pau
peres: et vim facerēt cauſe humiliū po/
puli mei: vt eſſent vidue preda eorū et
pupillos diriperēt. Quid facietis in die
viſitatōis et calamitatis de longe veni
entis? Ad cuius confugietis auxiliū: et
vbi derelinquetis gloriā vrāȝ: ne incur
uemini ſub vinculo: ⁊ cū interfectis ca
datis. Sup oib⁹ his nō eſt auerſus fu
ror eius: ſed adhuc manus eius extēta
Ve aſſur. Virga furoris mei ⁊ bacul⁹
ipe eſt. Jn manu eius indignatio mea
Ad gentē fallacē mittā eū ⁊ cōtra pplm
furoris mei mandabo illi vt auferat ſpo
lia et diripiat predā: et ponat illum in
conculcationem quaſi lutū platearum
Jpe aūt nō ſic arbitrabitur: ⁊ cor eius
nō ita eſtimabit. ſed ad cōterendū erit
cor eius. et ad internitionem gentium
nō paucarꝫ. Dicet enim. Nunquid nō
principes mei ſimul reges ſunt. Nun/
quid non vt carchamis. ſic calanno et

vt arphat. ſic emath. Nunquid non vt
damaſcus: ſic ſamaria? Quō inuenit
man⁹ mea regna idoli: ſic ⁊ ſimulacra
eoꝝ de hieruſalem et de ſamaria. Nun-
quid nō ſic fecit ſamarie ⁊ idolis eius:
ſic faciā hieruſalē et ſimulacris ei⁹. Et
erit cū impleuerit dn̄s cūcta opa ſua ī
mōte ſiō ⁊ in hieruſalē. viſitabo ſup fru
ctum magnifici cordis regis aſſur: ⁊ ſu
per gloriā altitudinis oculoꝝ eius. Di
xit enī. In fortitudine man⁹ mee feci
et in ſapiētia mea intellexi. ⁊ abſtuli ter
minos pplĭoꝝ: ⁊ principes eoꝝ depredat⁹
ſum ⁊ detraxi q̄ſi potēs in ſublimi. reſi
dentes. Et inuenit quaſi nidum ma-
nus mea fortitudinē pplĭoꝝ: et ſicut col
ligunt̄ oua q̄ derelicta ſunt. ſic vniuer-
ſā terrā ego cōgregaui: ⁊ nō fuit q̄ mo-
ueret pennā et aperiet os et ganniret.
Nūquid gloriabit̄ ſecuris cōtra eum q̄
ſecat in ea. aut exaltabitur ſerra contra
eum a quo trahit̄? Quō ſi eleuet̄ virga
contra eleuantē ſe. ⁊ exaltet̄ baculus q̄
vtiq; lignū ē. Propter hoc mittet dn̄a
tor dn̄s exercituum in pinguib⁹ eius te
nuitatem: ⁊ ſubtus gloriā eius ſuccēſa
ardebit quaſi combuſtio ignis: ⁊ erit lu
men iſrael in igne: ⁊ ſanct⁹ eius in flam
ma: ⁊ ſuccendet̄ et deuorabit̄ ſpina eius
et vepres in die vna. ⁊ gloria ſalt⁹ eius
⁊ carmeli eius ab aīa vſq; ad carnē cō
ſumetur. Et erit terrore profugus: ⁊ re
liquie ligni ſaltus eius p̄ paucitate nūe
rabunt̄: ⁊ puer ſcribet eos. Et erit ī die
illa nō adijciet reſiduū iſrael: ⁊ hi qui fu
gerint de domo iacob inniti ſup eo q̄ p-
cutit eos: ſed innitet̄ ſup dn̄m ſanctū
iſrael. In veritate reliquie ꝯuertentur
reliquie inquā iacob ad deū fortē. Si
enī fuerit pplus tuus iſrael quaſi arena
maris: reliquie cōuertent̄ ex eo. Cōſum
matio abbreuiata inundabit iuſticiam
Conſummationē enī et abbreuiatiōē
dn̄s de⁹ exercituū faciet ī medio oīs ter
re. Propter hoc hec dicit dn̄s de⁹ exerci
tuū. Noli timere pplus me⁹ habitator
ſion ab aſſur. In virga enī percuciet te
et baculū ſuum leuabit ſup te in via e-
gypti. Adhuc enī paululū modicūq;: ⁊
cōſummabit̄ indignatio mea et furor
meus ſup ſcelus eoꝝ. Et ſuſcitabit ſup
eū dn̄s exercituū flagellū iuxta plagā
madian: in petra oreb: et virgā ſuā ſup
mare: ⁊ leuabit eā in via egypti. Et erit
in die illa auferet̄ onus eius de hume-
ro tuo: et iugū eius de collo tuo ⁊ cōpu
treſcet iugū a facie olei. Veniet ī aioth
trāſibit in magron. apud magmas cō
mendabit vaſa ſua. Tranſierūt curſim
gabaa ſedes noſtra. Obſtupuit rama.
gabaa ſaulis fugit. Hinni voce ſua filia
gallim: attende laiſa paupcula anathot
Migrauit medemena habitatores ga-
bin cōfortamini. Adhuc dies eſt vt ī no
bis ſtetur. Agitabit manū ſuā ſup mō-
tem filie ſion ⁊ collē hieruſalē. Ecce do
minator dn̄s exercituū cōfringet lagū
culā in terrore ⁊ excelſi ſtatura ſuccidē
tur: et ſublimes humiliabunt̄. Et ſub-
uertent̄ cōdenſa ſaltus eius ferro: et li
banus cū excelſis cadet.

XI

E egredietur virga de radice ieſſe
et flos de radice eius aſcendet.
et requieſcet ſup eū ſpūs dn̄i.
ſpiritus ſapie ⁊ intellectus. ſpūs ꝯſilij
et fortitudinis. ſpūs ſcientie ⁊ pietatis
et replebit eū ſpiritus timoris dn̄i. Nō
ſcḋm viſionē oculoꝝ iudicabit: neq; ſcḋm
auditū auriū arguet. Sed iudicabit in
iuſticia paupes: ⁊ arguet in equitate p
māſuetis terre. Et pcutiet terrā virga
oris ſui: et ſpiritu labioꝝ ſuoꝝ interfi-
ciet impiū. Et erit iuſticia cingulū lum
borū eius: et fides cinctoriū renū eius.
Habitabit lupus cum agno: ⁊ pardus
cum hedo accubabit. Vitulus et leo et
ouis ſimul morabunt̄: et puer paruu-
lus minabit eos. Vitulus et vrſus pa-
ſcentur: ſimul requieſcent catuli eorū.
et leo quaſi bos comedet paleas. Et de
lectabit̄ infans ab vbere ſup foramina
aſpidis. ⁊ in cauerna reguli qui ablacta
tus fuerit. manū ſuā mittet. Nō noce-
bunt et nō occident in vniuerſo mon-
te ſancto meo: q2 repleta eſt terra ſcien
tia domini: ſicut aque maris operiētis.

In die illa radix ieſſe qui ſtat in ſignū
populoꝝ.ipm gẽtes deprecabunť:⁊ erit
ſepulcrū eius glorioſum.Et erit in die
illa adijciet dñs ſcđo manū ſuā ad poſ-
ſidendū reſiduū populi ſui:qđ relique
tur ab aſſyrijs:et ab egypto et ab aphe-
tros et ab ethiopia⁊ ab elam ⁊ a ſenna
ar ⁊ ab emath⁊ ab inſulis maris.Et le
uabit ſignū in natões:et ꝯgregabit ꝑ-
fugos iſrael.Et diſꝑſos iuda colliget a
quattuor plagiſ terre ⁊ auferet̃ zelus ef
fraim et hoſtes iuda peribunt.Effraim
nō emulabit̃ iudā:et iudas nō pugna-
bit cōtra effraim.Et volabūt in hume
ros philiſthijm ꝑ mare ſimul predabun
tur filios orientis.Idumea ⁊ moab ꝑ̄
ceptū manes eoꝝ. et filij ammon obe-
diẽtes erūt.Et deſolabit dñs linguam
maris egypti:et leuabit manū ſuā ſuꝑ
flumen in fortitudine ſpũs ſui:⁊ ꝑcu-
tiet eū in ſeptẽ riuis.ita vt tranſeant ꝑ
eū calciati. Et erit via reſiduo populo
meo qui relinquet̃ ab aſſyrijs:ſicut fu-
it iſraeli in die illa qua aſcendit de ter-
ra egypti. XII

e Et dices in die illa. Confitebor
tibi dñe qm̄ iratus es mihi: cō
uerſus eſt furor tuus:et cōſola
tus es me. Ecce deus ſaluator meus:
fiducialiter agā et nō timebo. Quia for
titudo mea ⁊ laus mea dñs:et fact᷒ eſt
mihi in ſalutẽ.Haurietꝫ aquas in gau
dio de fontibꝫ ſaluatoris.et dicetis in il
la die.Cōfitemini dño et inuocate no-
mẽ eius.Notas facite in ꝑplis adinuẽ-
tõẽs ei᷒:memẽtote qm̄ excelſuꝫ eſt no-
mẽ ei᷒.Cātate dño qm̄ magnifice fecit
annūciate hoc in vniuerſa terra.Exul-
ta et lauda habitatio ſion:qꝛ magnus ī
medio tui ſanctus iſrael. XIII

o Onus babylonis:qđ vidit eſai-
as filius amos. Suꝑ monteꝫ
caliginoſum leuate ſignū:exal-
tate vocẽ.leuate manū:⁊ ingrediantur
portas duceſ. Ego mādaui ſanctificatꝫ
meis:⁊ vocaui fortes meos in ira mea
exultãtes in gloria mea.Vox multitu-
dinis in mõtibꝫ quaſi populoꝝ frequẽ-
tium:vox ſonitus regū gentiū cōgrega
tarū.Dñs exercituū ꝑcepit militie bel
li:venientes de terra ꝓcul.A ſummitate
celi dñs et vaſa furoris eius vt diſper-
dat omnẽ terrā.Ululate qꝛ ꝓpe eſt di-
es dñi:qꝛ vaſtitas a dño veniet.Propť
hoc oẽs manus diſſoluent̃ ⁊ omne cor
hõis tabeſcet ⁊ cõteret̃. Torſiones ⁊ do
lores tenebunt:quaſi parturiẽs dole-
bunt.Unuſquiſqꝫ ad ꝓximū ſuū ſtupe
bit:facies cõbuſte vultus eoꝝ. Ecce di
es dñi veniet crudelis ⁊ indignationis
plenus ⁊ ire furoriſqꝫ ad ponendā terrā
in ſolitudinẽ:et peccatores ei᷒ cõteren-
dos de ea:qm̄ ſtelle celi et ſplendor eaꝝ
nõ expandet lumẽ ſuū.Obtenebratuſ
eſt ſol in ortu ſuo:et luna non ſplende
bit in lumĩe ſuo.Et viſitabo ſuꝑ orbis
mala:et ꝯtra impios iniquitatẽ eorum
Et requieſcere faciā ſuperbiā infideliū.
⁊ arrogantiā fortiū humiliabo.Precio
ſior erit vir auro:et hõ mūdo obrizo.
Suꝑ hoc celū turbabo:et mouebit̃ ter
ra de loco ſuo:ꝓpter indignationeꝫ dñi
exercituū:et ꝓpter diẽ ire furoris eius.
Et erit quaſi damula fugiẽs. et quaſi
ouis:et nõ erit qui cõgreget.Unuſqſqꝫ
ad ꝑplm ſuū cõuertet̃:et ſinguli ad ter-
ram ſuā fugient.Ois qui inuentus fu
erit occidet̃. et omnis qui ſuꝑuenerit
cadet in gladio. Infantes eoꝝ allident̃
in oculis eoꝝ:diripient̃ domus eorum.
et vxores eoꝝ violabunt̃.Ecce ego ſu-
ſcitabo ſuꝑ eos medos qui argentū nõ
querāt nec aurū velint.ſed ſagittis par
uulos interficient:et lactantibꝫ vteris
nõ miſerebunt̃ et ſuꝑ filios nõ parcat
oculus eorū.Et erit babylon illa ciui-
tas glorioſa in regniſ.inclyta in ſuꝑbia
chaldeoꝝ.ſicut ſubuertit dñs ſodomā
et gomorrā.Nõ habitabit̃ vſqꝫ in finẽ
et nõ fundabit̃ vſqꝫ ad generationeꝫ et
generationẽ.Nec ponat ibi tentoria a-
rabs.nec paſtores requieſcẽt ibi.ſed re
quieſcẽt ibi beſtie:et replebunt̃ domus
eorum draconibus. Et habitabūt ibi
ſtrutiones:et piloſi ſaltabunt ibi:et re-
ſpondebūt ibi vlule in edibus eius: et

ſyrene in delubris voluptatis. XIIII
Rope eſt vt veniat tẽpus eius
p et dies eius nõ elongabuntur
Miſerebiť enĩ dñs iacob et eli/
get adhuc de iſrael ⁊ requieſcere eos fa/
ciet ſup humũ ſuã. Adiungeť aduena
ad eos: ⁊ adherebit domui iacob. Et te
nebũt eos populi: et adducẽt eos in lo/
cum ſuũ. Et poſſidebit eos domus iſrl'
ſup terrã dñi in ſeruos et ancillas: et e/
runt capiẽtes eos qui ſe ceperãt ⁊ ſubij
cient exactores ſuos. Et erit in die illa
cũ requiẽ dederit tibi deus a labore tuo
et a cõcuſſione tua ⁊ a ſeruitute dura q̃
ante ſeruiſti: ſumes parabolã iſtã cõtra
regẽ babylonis et dices. Quõ ceſſauit
exactor: quieuit tributũ? Cõtriuit dñs
baculũ impioꝝ. virgã dominantiũ ce/
dentẽ ꝑplos in indignatõe plaga inſa/
nabili. ſubijcientẽ in furore gẽtes: ꝑſe/
quentẽ crudeliter. Cõquieuit et ſiluit
oĩs terra. gauiſa eſt ⁊ exultauit: abietes
quoqꝫ letate ſunt ſup te: et cedri libani
Ex quo dormiſti nõ aſcẽdit q̃ ſuccidat
nos. Infernus ſubter te cõturbatꝰ eſt
in occurſum aduentus tui: ſuſcitauit ti
bi gigãteſ. Omnes principes terre ſur
rexerũt de ſolijs ſuis: oẽs principes na/
tionũ. Vniuerſi rñdebunt ⁊ dicẽt tibi.
Et tu vulneratus es ſicut et nos: nři
ſimilis effectus es. Detracta eſt ad in/
feros ſupbia tua: cõcidit cadauer tuũ.
Subter te ſterneť tinea: et operimen/
tũ tuũ erunt vermes. Quõ cecidiſti de
celo lucifer q̃ mane oriebaris? Corrui/
ſti in terrã qui vulnerabis gentes: qui
dicebas in corde tuo. In celũ conſcen/
dam. ſup aſtra dei exaltabo ſoliũ meũ ſe
debo in mõte teſtamẽti. i lateribꝫ aqui/
lonis: aſcendã ſup altitudinẽ nubium:
ſimilis ero altiſſimo. Veruntamen ad
infernũ detraheris in ꝓfundũ laci. Qui
te viderint. ad te inclinabunť teqꝫ ꝓſpi
cient. Nunqd iſte eſt vir qui cõturba/
uit terrã. qui cõcuſſit regna. q̃ poſuit or
bem deſertam: et vrbes eius deſtruxit
vinctis eius non aperuit carcerẽ? Oẽs
reges gentiũ vniuerſi dormierunt in
gloria vir in domo ſua: tu aũt ꝓiectus
es de ſepulcro tuo quaſi ſtirps inutilis
pollutus ⁊ obuolutus cũ his qui inter
fecti ſunt gladio: et deſcenderũt ad fun
damẽta laci. Quaſi cadauer putridũ nõ
habebis ꝯſortiũ: neqꝫ cũ eis in ſepultu/
ra. Tu enĩ terrã tua diſꝑdidiſti. tu po/
pulũ tuũ occidiſti. Nõ vocabiť in eter/
num ſemẽ peſſimorũ. Preparate filioſ
eius occiſioni in iniquitate patrũ eoꝝ.
Nõ cõſurgent nec hereditabũt terram
neqꝫ implebũt faciem orbis ciuitatuꝫ.
Et cõſurgam ſup eos dicit dñs exerci/
tuum. et perdam babylonis nomen: ⁊
reliquias et germen et ꝓgeniẽ dicit do
minus. Et ponã eã in poſſeſſionẽ ericij
et in paludes aquaꝝ: ⁊ ſcopabo eã i ſco/
pa terẽs dicit dñs exercituũ. Iurauit
dñs exercituũ dicẽs. Si nõ vt putaui
ita erit ⁊ quõ mente tractaui ſic eueni
et. vt cõterã aſſyriũ in terra mea: et in
montibꝫ meis cõculcem eũ. et auferet
ab eis iugũ eius: et onꝰ illius ab hũero
eoꝝ tolleť. Hoc cõſiliũ qđ cogitaui ſup
oẽm terrã. et hoc eſt manꝰ extẽta ſup v/
niuerſas gẽtes. Dñs exercituũ decre/
uit. et q̃s poterit infirmare? Et manuſ
eius extẽta et quis auertet eã? In an/
no quo mortuus eſt rex achaz factũ eſt
onus iſtud. Ne leteris philiſtea oĩs tu:
q̃m cõminuta eſt virga ꝑcuſſoris tui.
De radice enĩ colubri egrediet regulꝰ.
et ſemẽ eius abſorbens volucrem. Et
paſcenť primogeniti pauperũ: ⁊ paupe
res fiducialiter requieſcẽt: ⁊ interire fa
ciã in fame radicẽ tuã: et reliquias tuaſ
interficiã. Vlula porta. clama ciuitas: ꝓ
ſtrata eſt philiſtea omnis. Ab aquilone
enĩ fumꝰ veniet: et nõ eſt q̃ effugiet ag/
men eius. Et qđ rñdebiť nũcijs gẽtis.
Quia dñs fundauit ſion: et in ipõ ſpe/
rabũt paupes ꝑpli eius. XV
Nus moab. Quia nocte vaſta
o ta eſt ar. moab cõticuit: q2 no/
cte vaſtatus eſt murus. moab
cõticuit. Aſcendit domus. et dybon ad
excelſa in planctũ: ſup nabo et ſup me/
daba moab vlulabit in cunctis capiti/

bus eius caluiciū: et oīs barba radet.
In triuijs eius accincti ſunt ſacco: ſup
tecta eius ꝛ in plateis oīs vlulatus de-
ſcendet in fletū. Clamauit eſebon ꝛ ele
ale: vſqꝫ iaſa audita eſt vox eoꝝ. Sup
hoc expediti moab vlulabunt. aīa eius
vlulabit ſibi. Cor meum ad moab cla-
mabit vectes eius vſqꝫ ad ſegor vitulā
cōſternantē: per aſcenſum enī luit flēs
aſcendet: et in via oꝛnaim clamorē cō-
tritionis leuabunt. Aque enī nemrim
deſerte erūt. q2 aruit herba. defecit ger-
men: viroꝝ oīs interijt. Scḋm magni
tudinem opis et viſitatio eoꝝ. Ad tor
rentem ſalicū ducent eos qm̄ circuibit
clamor terminū moab Uſqꝫ ad gallim
vlulatus eius: et vſqꝫ ad puteū helim
clamor eius. quia aque dylon replete
ſunt ſanguine. Ponam enim ſup dy-
bon additamenta his q̄ fugerūt de mo-
ab leonē: et reliquijs terre. XVI

e Mitte agnū dn̄e dn̄atorē ter-
re: de petra deſerti ad montē fi
lie ſion. Et erit ſicut auis fugi
ens: et pulli de nido auolātes. ſic erunt
filie moab in tranſcenſu arnon. Ini cō
ſiliū. coge cōciliū: pone quaſi noctē vm
bram tuā in meridie. Abſcōde fugiētes
et vagos ne pdas. Habitabunt apud
te pfugi mei. Moab eſto latibulū eoꝝ
a facie vaſtatoris. Finitus eſt enī pul-
uis: cōſummatus eſt miſer. defecit qui
occultabat terrā Et pparabit in miſeri
cordia ſolium: et ſedebit ſup eū in veri-
tate in tabernaculo dauid: iudicans et
querēs iudiciū: et velociter reddēs qḋ
iuſtū eſt. Audiuimus ſuperbiā moab:
ſupbus eſt valde. Supbia eius et ar-
rogantia eius ꝛ indignatio eius pluſqꝫ
fortitudo eius. Idcirco vlulabit moab
ad moab vniuerſus vlulabit. His qui
letant ſup muros cocti lateris loquimi
ni plagas ſuas qm̄ ſuburbana eſebō de
ſerta ſunt. Et vineā ſabama dn̄i genti-
um exciderūt. Flagella eius vſqꝫ ad ia-
zer puenerūt: errauerūt in deſerto. pa
gines eius relicte ſunt: tranſierūt ma-
re. Sup hoc plorabo in fletu iazer: ꝛ vi
neam ſabama. Inebriabo te lachryma
mea eſebon ꝛ eleale: qm̄ ſup vindemiā
tuam et ſuper meſſem tuā vox calcan-
tium irruit. Et auferet leticia et exulta
tio de carmelo: et in vineis non exulta-
bit neqꝫ iubilabit. Uinū i torculari nō
calcabit qui calcare cōſueuerat vocē cal
cantiū abſtuli. Super hoc venter me-
us ad moab quaſi cythara ſonabit. ꝛ vi
ſcera mea ad murū cocti lateris. Et erit
cū apparuerit qḋ laborauit moab ſuper
excelſis ſuis: ingredietur ad ſancta ſua
vt obſecret: et nō valebit. Hoc verbū
qḋ locutus eſt dn̄s ad moab extunc: et
nūc locutus eſt dicens. In trib9 annis
quaſi anni mercennarij auferet gloria
moab ſup oī populo multo: ꝛ relinque
tur in eo ſicut racem9 puus et modic9
nequaqꝫ multus. XVII

o Nus damaſci. Ecce damaſcus
deſinet eſſe ciuitas: ꝛ erit ſicut
aceruus lapidū in ruina. De-
relicte ciuitates aroer gregib9 erūt ꝛ re
quieſcēt ibi: et nō erit qui exterreat. Et
ceſſabit adiutoriū ab effraim: et regnū
a damaſco: et reliquie ſyrie ſicut gloria
filioꝝ iſrael erunt: dicit dn̄s exercituū.
Et erit: in die illa attenuabit gloria ia-
cob ꝛ pinguedo carnis eius emarceſcet
et erit ſicut cōgregans in meſſe qḋ re-
ſtiterit et brachiū eius ſpicas leget. Et
erit ſicut querēs ſpicas in valle rapha-
im: et relinquetur in eo ſicut racemus
et ſicut excuſſio olee. duarū vel triū oli
uarū in ſummitate rami. ſiue quattu-
or aut quinqꝫ. In cacuminib9 ei9 fru-
ctus eius: dicit dn̄s deus iſrael. In die
illa inclinabit homo ad factorē ſuū: et
oculi eius ad ſanctū iſrael reſpicient: ꝛ
non inclinabit ad altaria que fecerunt
manus eius: et q̄ opati ſunt digiti eius
nō reſpicient lucos ꝛ delubra. In die
illa erūt ciuitates fortitudinis eius de
relicte ſicut aratra et ſegetes q̄ dereli-
cte ſunt a facie filioꝝ iſrael. Et eris
deſerta quia oblita es dei ſaluatoris tui
et fortis adiutoris tui non es recorda-
ta. Propterea plantabis plantationē

fidelē:et germē alienū ſeminabis. In
die plantatōis tue labruſca:et mane ſe
mē tuū florebit. Ablata eſt meſſis ī die
hereditatis:⁊ dolebit grauiter. Ve mul
titudini pplo℞ multorū vt multitudo
maris ſonantis: et tumultus turbarū
ſicut ſonitus aquarū multarū. Sona
būt ppli ſicut ſonit⁹ aquarū inundan/
tiū:et increpabit eū et fugiet ꝓcul. Et
rapiet̃ ſicut puluis montiū a facie ven/
